



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

X. Graf Siegfried von Osterburg überläßt dem Herzog Otto von Braunschweig seine eigenthümlichen Güter und sämmtliche Ministeriale in der Grafschaft Stade, in der Gegend zwischen Salzwedel, Brome und ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

redum meorum omne ius, quod in vobis habui, Domino meo, illustri Ottoni, Duci de Brunswic, dederim et in perpetuum dimiserim; fidelitatis illius, qua mihi et heredibus meis tenebamini, vos dimisi penitus absolutos, mandans et rogans, ut ei et heredibus suis eiusdem fidelitatis homagium faciatis, et vos et omnes, qui in predictis terminis habitantes a me inphodati sunt aliquibus bonis, ab ipso Duce eadem bona iure recipiant et teneant pheodali.

Orig. Guelf. IV, 147.

X. Graf Siegfried von Osterburg überläßt dem Herzog Otto von Braunschweig seine eigenthümlichen Güter und sämtliche Ministeriale in der Grafschaft Stade, in der Gegend zwischen Salzwehel, Brome und Gardelegen, an der Aller und Weser von Zelle bis Bremen und seine Besitzungen zu Walbeck, im Jahre 1236.

Siffridus, Dei gracia Comes de Osterborch, omnibus in perpetuum. Quod cum tempore mutabili transitorium est et instabile, scriptis solet ac testibus commendari. Volo igitur ad uniuersorum presentium et futurorum notitiam peruenire, quod ego, de consensu et voluntate omnium heredum meorum, Domino meo Ottoni, Duci de Brunswic, vendidi et in proprium assignaui omnem proprietatem meam et Ministeriales, tam feminas quam masculos, quos habui in Comitibus Stadense manentes: Item totam proprietatem meam cum omnibus Ministerialibus inter Saltwehede, Brome et Gardelege constitutis, et omnes Ministeriales meos a Telle usque Bremam iuxta Aleram et Weseram in utroque litore demorantes, et omnem proprietatem, quam habui Wallebeke, tam in villa, quam in campo libere vendidi et dimisi predicto Duci et heredibus suis feliciter possidenda. Ne igitur hoc factum meum a me siue a meis heredibus possit aliquatenus disturbari, literam hanc patentem sigilli mei iussu testimonio roborari. Testes huius rei sunt: Bernardus de Dorstat, Guntzelinus Dapifer et filii sui Eckbertus et Borchardus, Jordanis Dapifer, Willekinus Marscalcus, Ludolfus de Honlage, Geuehardus de Bortfeld, Thidericus de Monte, Gerhardus et Lippoldus et Druchteluus, fratres, Baldeuinus de Blankenborch, Johannes de Brunefrode et alii plures. Acta sunt hec anno dominice Incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo sexto.

Scheid's Orig. Guelf. IV, 145. Die Herzogth. Bremen u. Verden Samml. VI, 13.